Ligaturæ dolorificæ tempore acceſſionis ſolummodò.

Frictiones cum linteolis odoratis fient.

ROBORANTIBVS, *intemperiémque relictam corrigentibus.*

Diambra, confectio de granis tinctoriis, diarhod. abbatis, aromaticum roſatum, theriaca cum aqua bugloſſæ.

Conſerua magna noſtræ deſcriptionis mirificas hîc habet vires.

Mithridatum, confectio de ligno aloës, electuarium de hyacintho, de gemnis, ſp. lætificantis Galeni.

Diacinnamomum, diamuſcum dulce, dianiſum, diabugloſſatum, diaboraginatum, diamargaritum calidum, pliriſarcoticum.

Vinum Hippocraticum, ſuccus bugloſſæ, cortices citri conditi, ſeminaque, zedoaria, doronicum.

Moſcus, ambra, caryophylli, nux muſcata, galanga, amomum, cinnamomum, macis, mentha, roſmarinus.

Auri laminæ tenues frequentiſſimè incaleſcant, totieſque extinguantur vino aliquo generoſo.

Epithema ex aqua boraginis, meliſſæ, maiorana, ſp. diambræ, diamoſci dulcis, ligno aloës, ſeminibus citri, mace, cinnamomo, caryophyllis, nuce muſcata, vino aromatico.

Diarhodum abbatis, diamargaritum frigidum, diatrion ſandali.

Syr. de ſucco granatorum, acetoſæ, è perſicorum floribus.

Succus ribes, camphora, ſandali, coriandrum præparatum, ſuccus granatorum, limonum, pomorum odoratorum, cydoniorum.

Epithema è floribus nymphææ, roſarum.

Sacculus ex prædictis, quibus addere licebit moſcum, ambram, flores bugloſſi.

Pomum odoriferum fieri poterit ex dictis, addendo ceram & labdanum.